

Adverbial function:

- * *Preposition* – accusative/ablative case
- * *Ablative case* – circumstance
- * *Adverbs*

Relation:

- * Genitive case – relation between nouns
- * Conjunction – relation between nouns / clauses (independent/dependent)

Action or state:

- * **Verb** – active/passive, participle/finite
- * Nominative/Accusative case

Historiam ecclesiasticam gentis Anglorum – Bede

Uerum eadem Britannia Romanis *usque ad Gaium Iulium Caesarem* **inaccessa** atque incognita fuit;

qui *anno ab Urbe condita DCXCIII*,

ante uero incarnationis dominicae tempus **anno LXmo**,

functus gradu consulatus *cum Lucio Bibulo*,

dum *contra Gallorumque gentes*,

qui *Hreno tantum flumine dirimebantur*,

bellum **gereret**,

uenit *ad Morianos*,

unde *in Britanniam* proximus et breuissimus **transitus est** ;

et nauibus honerariis atque actuariis *circiter octoginta praeparatis*,

in Britanniam **transuehitur**,

ubi *acerba primum pugna* **fatigatus**,

deinde aduersa tempestate **correptus**,

plurimam classis partem,

et non paruum numerum militum,

equitum uero *pene* omnem **disperdidit**.

Regressus in Galliam,

legiones *in hiberna* **dimisit,**

ac DCtas naues utriusque commodi **fieri imperavit;**

quibus iterum *in Britanniam* primo **uere transuectus,**

dum ipse *in hostem cum exercitu* **pergit,**

naues *in anchoris* **stantes tempestate correptae**

uel conlissae inter se, uel arenis inlissae ac **dissolutae sunt;**

ex quibus XL **perierunt,**

ceterae cum magna difficultate **reparatae sunt.**

Caesaris equitatus **primo congressu a Brittanis uictus,**

ibique Labienus tribunus **occisus est.**